UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ

Talamellus, Thomas

Ticini Regii, 1618

Zensurvermerk

urn:nbn:de:hbz:466:1-61615

Visual Library

Ego Fr. Ambroſius Riccius Arimin. Ord. Erem. S. Aug. Doctor Theologus, de mandato adm. R.P Prou. M. Angeli Vancij Arimin. vidi, & diligenter perlegi librum inſcriptum, Rationale vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticæ, vna cum ſubditorum obedientia in vtroque foro, lucubratum. ac compoſitum ab adm. R.P.M. Thoma à Talamello Auguſtiniano. Opus quod Regulis fidei Catholicæ diuinis humaniſq; legibus, ac bonis moribus nihil continet aduerſum; in quo elucet magnum Auctoris ingenium, ac mira ſacrarum literarum eruditio: quambrem opus dignum mihi viſum eſt, quod in lucem prodeat, vt omnes eius multigenæ doctrinæ copia perfruantur. Arimini ex Cænobio noſtro D. Io. Euang. die 20. Auguſti Anni 1616.

F. Ambroſius Ariminenſis.

Mag. Fr. Nicolaus à S. Angelo Ord. Erem. S. Auguſt. Prior Generalis licet indignus.

Tenore præſentium, & noſtri muneris authoritate facultatem concedimus, vt opus inſcriptũ Rationale vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticæ. Ref. à Patre Mag. Fr. Thoma à Talamello eiuſdem ordinis compoſitum, docti viri iudicio à nobis deſtinati examinatum, typis committi poſſit. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Datum Romæ die 16. Septembris. 1617.

Noſtri Officij affixo ſigillo.

Fr. Nic. à S. Angelo Gen. ind.

Admodum Reu. Patris Fr. Thomæ Tallamellenſis, in Auguſtiniana familia ſacræ Teologiæ Magiſtri, nunc monaſterij S. Auguſtini Papiæ, Prioris, opus, inſcriptum Rationale vtriuſq; poteſtatis, ac iuriſdictionis S. Matris Romanæ Eccleſiæ Catholicę vnà cum ſubditorũ obedĕtia &c. prout in eo diligĕter perlecto ex comiſſione admod. Reu. P. Inquiſit. Papię obſeruare potui, ſiue quæ fidei ſunt, ſiue mores, ſiue alia, quę in regulis indicis præſcribuntur, animaduertantur: nihil cenſura dignam continere mihi viſum eſt. Cum verò varia eruditione, & doctrina, præcipuè S. Patris Auguſtini, eiuſdemq. familiæ Patrum ſit refertum, & in eo Eccleſiaſtica libertas ac iuriſdictio defendatur, & extollatur, iure meritò typis diuulgari poteſt.

D. Matthias Guarguantus Congreg. S. Pauli S. Officij Papię Conſultor Theol. & Reuiſor ordinarius lib. imprimendorum.

Die 29. Auguſti 1617.

Viſa ſupraſcripta approbatione typis mandari permittitur hic liber.

Fr. Michael Angelus Lerrius Forliuien. Ordin. Prædic. Sacr. Theol. Magiſt. Inquiſitor generalis Papiæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN